



Esdrae liber quartus arabice e codice vaticano nunc primum editus

Gildemeister, Johann

Bonnae, 1877

urn:nbn:de:gbv:3:5-20028





4-


Esra-Apokalypse Lpz. v. Violet [Griech. christl. Schriftst. 18 + Bousset Theol. Rund.

s. Isl. 18, 46 ss

Esdras I A Critical edition of I Esdras by S. S. Tedesche Lpz 1928 rec.
JQR NS. 23, 315







ESDRAE LIBER QVARTVS

ARABICE.

E CODICE VATICANO


NVNC PRIMVM EDIDIT

IOANNES GILDEMEISTER

THEOL. ET PHIL. DR. LITT. ORIENT. IN VNIV. BONNENSI
P. P. O.

BONNAE 1877.
APVD ADOLPHVM MARCVM.





VNIVERSITATI
EBERHARDINAE CAROLINAE
TVBINGENSI

SAECVLARIVM QVARTORVM

DIEM FESTVM

D. IX AVG. A. MDCCCLXXVII

GRATVLATVR

VNIVERSITAS
FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA.

ADIECTVS EST

ESDRAE LIBER QVARTVS

ARABICE

E CODICE VATICANO NVNC PRIMVM EDITVS.

BONNAE.

FORMIS ACADEMICIS CAROLI GEORGI.





VNIVERSITATIS BONNENSIS

RECTOR ET SENATVS

VNIVERSITATIS TVBINGENSIS


RECTORI MAGNIFICO ET PROFESSORIBVS

S.

Quae de saecularibus apud Vos, Viri Doctissimi Perillustres, solemniter agendis nobis significastis, laetissimo accepimus animo. Incluta universitas Eberhardina Carolina, eo tempore, quo novus rerum ordo nascebatur, imprimis vero liberales disciplinae ingenuaeque artes post diutinum languorem nova incrementa ceperunt, a magnanimo conditore 'ad exstinguendam dementiam et caecitatem humanam' olim instituta, per saecula mutationum et discriminum omne genus plena munus sibi ab illo impositum constanter tenuit, quod quam prospere successerit in omnium memoria est. Semper bonarum artium et severae disciplinae sedes et arx fuit. Perpetua ac splendida eam ornavit corona virorum merentissimorum, qui summa sibi humanitatis bona concredita servare excolere augere et doctrina sua suoque exemplo studiosorum adolescentium pectora ad scientiae amorem verique indagandi cupiditatem incendere nunquam desierunt. Ei debetur, quod vix ulla regio feracior, quam Suevica Vestra, fuit virorum doctissimorum copia et abundantia, qui non apud penates solum, sed per reliquam Germaniam et ultra litterarum semina feliciter iecerunt. Iam, dum alias hebescere solet senectus, post exacta



quatuor saecula factum est, ut academia Vestra nullo tempore magis iuvenili robore viguerit, magistrorum celebritate et auctoritate valuerit, discipulorum frequentia claruerit. Atque cum ea sit universitatum per Germaniam nostram sparsarum indoles et necessitudo, ut sororio vinculo iunctis iustae quidem aemulationis neque tamen invidiae locus sit — nam omnino non florent litterae, si uno tantum vel paucis locis florere eis permittitur — Vobis gloriam iam pridem partam, praesentem prosperitatem, faustum novi temporis aditum sincera fide gratulamur. Huius nostri erga Vos animi coram testandi interpretes ad Vos legamus collegas coniunctissimos Guilelmum Mangold, Th. D. et P. P. O., universitatis nostrae hoc anno rectorem, et Ioannem Gildemeister, Th. et Ph. D., litterarum orientalium P. P. O., quem etiam, ut solemnis mos fert, edito aliquo scripto Vos salutare iussimus. Vos autem, Viri Doctissimi Perillustres, integerrima quae pro Vestra salute et incolumitate nuncupamus vota benevole excipite nobisque favere pergite. Dabamus ipsis Kal. Aug. anni MDCCCLXXVII.



Ex quo, cuius rei gloria inter omnes maxime illustri Tubingensium universitati debetur, nostro tempore exorientis religionis Christianae saecula sapientius et prosperius pervestigata sunt, multi libri tenuissime olim aestimati novam dignitatem obtinuerunt et accuratae et subtilis scrutationis occasionem praebuerunt. Quibus annumerandus etiam ille est, quem Graeci antiquiores Esdram prophetam, alii imprimis orientales primum Esdrae librum, Latini plerumque quartum nominabant, in qua appellatione commode acquiescet, qui inducto novo nomine confusionem in afferendis locis capitumque et versuum numeris iam usu receptis augere nolet. Latine ille liber postquam primum a Guttenbergio ante annum 1456 e codice recentissimo et corruptissimo foras datus, deinde per quatuor fere saecula eadem verborum forma parum perspicua saepissime in bibliorum editionibus repetitus est, neglectus iacuit, a paucis curatus neque ab his recte intellectus, apud antiquiores somnia alens, apud recentiores demum ad apocalypsin illustrandam interdum adhibitus. Sed, quod ante omnia fieri debebat, depravatae orationis sanandae remedia quaerere neglectum fere est. Ineunte quidem saeculo superiori Arabs interpres alter Anglice prodiit et mox antiqui codicis Sangermanensis lectiones obiter vulgatae sunt, tum centum annis post Aethiopica translatio lucem vidit, at tria vix lustra praeterierunt, ex quo acriter nova verborum emendandorum subsidia conquisita et libri in pristinum nitorem restituendi pericula facta sunt. Editi sunt Arabici interpretes duo, integer alter, alter qualis in codice Oxoniensi curtatus et contractus legitur, tum inventa est translatio vetus Syriaca et publico usui reddita Armenia, incompta quidem illa et intellectu difficilis, correcta Aethiopica et nuperrime tandem caput quod hucusque apud Latinos desiderabatur oblivioni saeculorumque ruderibus feliciter ereptum est et fundamenta iacta sunt editionis Latinae ad praecepta artis adornandae nec praepropero studio ad hunc illumve quem fors obtulit deterioris indolis codicem parandae.

Unum adhuc edendum restat ex eis, quae nota sunt, monumentum criticum, integrum dico Arabis alterius opus, cuius excerpta Bodleiana per EWALDUM innotuerunt. Servatum est in codice Vaticano Ar. 462 (v), ab Assemanio apud Maium Vett. Script. N. Coll. IV 522 recensito, qui saeculo decimo quarto ab homine indocto nitida manu scriptus esse perhibetur et incipit a verbis كتاب عزره النبى الذى يدعوه العزير قال عزره العزير *Liber Ezrae prophetae, quem 'Uzair nominant. Dixit Ezrah qui et 'Uzair.* Eius exemplo utor, quod mihi anno 1865 paravit Matth. Sciahuan شهوان Maronita, linguae Arabicae in collegio Propagandae professor. Codicis conditio haud optima est; derivatus fuit ex antiquiore, calamo veloci haud semper perspicue exarato et punctis diacriticis plerumque ut videtur destituto. Ita factum est, ut librarius litterarum ductus saepe imitando tantum et male sequeretur atque aut prorsus inepta scriberet,

ut اشجار *arbores* pro ايمان *fides* 6, 19, ورش pro من بين 13, 20, نشاوهم *ascensio eorum* pro تساويهم *aequat eos* 6, 56, بنية *consilio* pro ينتبه *expergiscetur* 13, 30, aut talia, quae aliquo modo intelligi et ferri possint, at comparatis reliquis testibus aliena esse cognoscuntur, ut يا نسر *o aquila* pro فابشر *annuntiabo* 11, 16 vel باقٍ *reliqui* pro القيت *proiectae sunt* 11, 19. Alibi puncta male addidit, ut للخبز *panis* pro للخير *bonum* 4, 29 cett., et hic quoque, imprimis ubi auctoris verba minus presse sequitur, sunt quorum pravitatem non statim agnoscas. Itaque codex mendis scatet neque hoc agendum erat, ut eius solius verba traderentur, sed opusculum, quantum fieri potuit, adhibitis excerptis Bodleianis restituendum erat.

Bodleianus liber (**b**), qui et ipse saeculo decimo quarto eleganter exaratus esse dicitur (Nicoll. Cat. mss. or. Bodl. II, 10), inscriptus اختصار كتاب عزرا النبى *summarium libri Ezrae (Ezrâ) prophetae*, ita adornatus est, ut multa, quae librario necessaria non videbantur, nonnulla fortasse etiam intellectu difficiliora omissa sint, at continua tamen narratio praebeatur eisdem verbis diligenter servatis concepta. Ceterum decurtandi hoc studium interdum etiam in codice Vaticano deprehenditur, maxime in capite nono; etiam in capite quarto decimo Bodleianus nonnulla praebet pleniora. In singulis vocibus satis discedunt, unde mirum est easdem lacunas 8, 51—9, 1 et 14, 22—26 in utroque inveniri. Ceterum verba auctoris, re in universum considerata, in Bodleiano melius servata sunt eiusque lectiones non raro praestant, etsi etiam in eo similes corruptelae, quales indicavi, legentem offendunt, ut جنة *paradisus* pro حبة *bacca* 4, 30, النبوة *vaticinium* pro الشرة *malum* 5, 2, بحجر *in saepto* pro بجزء *in parte* 6, 51. Itaque in edendo opusculo huius, si integer esset, scripturam exhibere et e Vaticano emendare praestaret; quod cum secus sit, Vaticano pro fundamento uti debui, quem ubi opus esset e Bodleiano emendarem. Ceterum ita versatus sum, ut Bodleiani lectiones memorabiles praeter eas, quae a decurtandi studio fluxerunt, plerasque imprimis si ad indolem eius cognoscendam facerent (reliquae facile ex Ewaldi editione disci possunt) indicarem measque vel emendationes vel coniecturas adderem lunulis inclusas, levissima tantum tacite corrigerem. Neque autem dubito, quin in eis, in quibus interpres Graeca non recte intellexit aut plurium per ambitum verborum reddidit neque excerpta illa neque reliqui testes, Latinus, Syrus, Aethiops, alter Arabs opem ferebant, non omnia vitia eaque interdum satis occulta sustulerim; meliora invenire opportuni temporis erit. Pauca nimis corrupta signo † notanda erant.

In utroque codice abundant sermonis vulgaris vestigia e. gr. formae modorum et casuum inter se permutatae, vocales non contractae in formis quales sunt سميوا pro سَمُّوا et similes 12, 24. 5, 17. 11, 39. 13, 20. Quanquam dubitari non potest, quin ipse interpres voces ad grammaticorum amussim non adegerit, hic tamen, cum non id agatur ut historia linguae illustretur, imprimis autem cum utriusque generis formae in utriusque codicis loco eodem (e. gr. 13, 41: **v** نفوا **b** نفيوا) varient vel in eiusdem codicis versu eodem alternentur, nec igitur quod ipse scripserit ullo modo effici possit, neque tandem primi cuiusque librarii rusticitatem in formis, qualis est لَمْ يفعلون, quae fortasse nunquam in ore fuit, sequi deceat: haec plerumque ad analogiam revocata sunt.

Graeco fonte interpres usus esse videtur. Quam ad rem diiudicandam in censum venire, ut apud minus peritos interdum fit, non quidem possunt loci, ubi Graeca male aut lecta aut intellecta fuisse deprehenduntur (nam talia manent, quotiescunque denuo in alias linguas transeunt), sed magis fortasse nomina propria Graeca forma reddita, ut خزاقيا Ἐζεκίας et ΣεναχερίΜ 7, 40, quanquam et haec dubia sunt (reliquorum forma utitur ea, quae apud Muhammadis

asseclas vulgaris est). Contra Syriaci fontis testes adduci non poterunt vocabula ab originibus Arabicae linguae aliena et e Syriaca recepta, qualia sunt تبحر *explorare* 8, 2. 11, 36, بهتان *confusio* 7b 61. 62, quod Arabibus *calumnia* est, دار *saeculum* 6, 48, صديق *iustus* 9, 13, عالم de *aeternitate* temporum 6, 25. 7b 72, نصب *plantare* 3, 6, nam haec in Syria in usum Arabum imprimis Christianorum transierunt. Omnino enim sermonis Arabici in libro habitus non is est, qui Syriacae originis speciem prae se ferat; hoc autem certum est, ad illam, quam superstitem habemus, Syriacam translationem eum referri non posse.

Arabica Latine interpretatus sum. At caveant, qui ipsi Arabica non intelligunt, ne de lectionibus iudicent, quas interpres invenerit; non enim ita accurate reddi possunt verba, ut nihil Latinae consuetudini concedendum sit. In his saepe peccarunt, qui ex Latina librorum orientalium imagine Graece scripta restituere susceperunt.

Praeter codicem 462 bibliotheca Vaticana alium servat (3; cf. Assemanius l. l. p. 3), qui alteram libri interpretationem continet eam, quam Ewaldus e bibliotheca Oxoniensi plenam edidit et priore loco posuit. Scripturae a Bodleiano discrepantiam idem Sciahuanus mecum communicavit. Sed certum est, hunc codicem saeculo decimo sexto e Bodleiano, antequam Oxonium delatus est, transscriptum fuisse. Tum tamen adhuc aderat folium nunc amissum et unam saltem huius lacunam 4, 23—34 ex illo explere possumus. Unde data hac occasione fragmentum suo loco infra adieci.

Est etiam aliud additamentum, quo editionem locupletavi. Ultima enim libri particula legitur in opere illo ab incerto scriptore saeculo nono ut videtur exeunte de temporum rationibus composito, de quo nuperrime Cl. Rothsteinius (De chronographo Arabe, qui codice Berol. Sprenger. 30 continetur. Bonn. 1877. cf. p. 12. 43) pluribus egit. Apparent haec translata esse e Syro illo, quem habemus. Vix autem putem, ipsum scriptorem haec e Syriacis reddidisse, sed totus liber talis in usu Arabum fuisse videtur.

Etiam ad Muhammadis asseclas quaedam de argumento libri derivata sunt. Quae enim Tha'labius in Historia prophetarum p. ٣٧٥ editionis Qâhirinae Castellianae anni 1282 de Esdra narrat, ex hoc libro fluxerunt, etsi aliquantum in alienam sententiam detorta sunt.

3 لما كان فى سنة ثلثين لبناء مدينتنا بابل انا العزير ابن سالاثيال (شالاثال b سالاثان v) كنت منضجعا على سريرى [2] فخطر ببالى خراب صهيون واعتزازها (وعمارتها b) [3] وبدات انطق بقول (بكلام b) شديد امام الرب [4] فقلت يا رب [*] انت فى البدء قلت انك (من البدء v) [5] خلقت ادم بيديك المقدسة جسدا ميتا ونفسا فيها (ونفخت فيه *f. l.*) روح حياة فعاش بين يديك [6] وادخلته الفردوس الذى نصبته بيمينك قبل كون الارض [7] وامرته (*om.* v) فكفر بامرك ونهيته فعصاك واوجبت (فقضيت b) عليه وعلى ذريته (نسله b) الموت

Cum erat anno trigesimo post aedificatam nostram urbem Babylonem ego Esdras filius 3 Salathielis in lecto meo recubui [2] et in mentem mihi incidit Sionis vastatio eiusque vexatio (b eiusque frequentia. *olim fuit* frequentia Babylonis, *sed hoc nomen locum mutavit*). [3] Et vehementi voce coram domino loqui coepi [4] ac dixi: Domine, tu initio dixisti, te (ὅτι *legit pro* ὅτε) [5] creasse (v tu ab initio creasti) Adamum manibus tuis sanctis corpus mortuum et animum, in quo spiritus vitae est (*f. l.* et inflasti in eum spiritum vitae). Et coram te vixit [6] eumque in paradisum induxisti, quem dextera tua ante conditum mundum plantasti, [7] eique mandata dedisti,

3 واولد بنين وبنات وقبائل واقواما شتى ليس لهم عدد [8] وسلكت امة امة على حال بالها فى الذنوب والخطايا فلم تنههم (ينفهم v) [9] وبعد ذلك (زمان b) ارسلت عليهم الطوفان فاهلكتهم (om. v) باسرهم [10] وحل بهم الموت كحلوله على ادم ثم ارسلت عليهم ذلك لما اسخطوك [11] وابقيت منهم ابرارا [12] فلما بدءوا فى النمو والكثرة على الارض دخلوا فى ذنوب *اكثر ممن تقدمهم (كثيرة v) [13] فاخترت منهم رجلا بارا يقال له ابرهيم [14] فاحببته وعاهدته [15] واوصيته ليكون ذلك بينك وبينه الى الابد وحلفت له انك لا تضيع زرعه ووهبت له اسحاق ويعقوب وعيسو [16] فنفيت عيسو واكثرت يعقوب بمصر جدا [17] واخرجت نسله من (ارض add. b) مصر الى طور سينا [18] وطاطات السموات وزلزلت الارض وسكانها وارعشت العمق [19] واعليت بهجتك على اربعة حيوان بنار وزلزلة وروح وجليد لتاتى بنى يعقوب بالتوراة والناموس فيعقل امة اسرائيل ويتدبرون به ويخلصون (يتدبروا به ويخلصوا l.) [20] ولم تخلع عنهم القلب الناسى (القاسى f. l.) ليتم فيهم المنهج [21] وقد كان ادم اتخذ قلبا قاسيا (كافرا b) فغلب عليه وفكر (وكفر b) بارادته هو وجميع نسله [22] فلما ظهر عهدك لهم طار الفكر من قلوب شعبك وقوى اصل الجحود فيهم وهربت معرفة فضلك منهم وبلغ الفكر فيهم كل مبلغ [23] ومضت على ذلك دهور وازمان ثم انتخبت لك عبدا يقال له داوود [24] وعاهدت اليه فى بناء مدينة باسمك ليقرب فيها قرابين مما لك وغير ذلك مما تسر به لهم [25] وذلك فى زمان وسنين متفاوتة وقرب اهل تلك المدينة ايضا ثم غاووا [26] ولم تكن غوايتهم باكثر من غواية ادم بل كما اتخذ ادم ومن كان بعده من القرون قلبا كافرا

3 nec mandato tuo paruit, atque interdicta, at contumax fuit; tum ei et soboli eius mortem iniunxisti. Et procreavit filios et filias et tribus et gentes varias innumerabiles. [8] Quaevis autem gens ad libidinem in delictis et peccatis ambulavit *neque eos prohibuisti (v intellegentiae expers). [9] Postea in eos diluvium misisti et ad unum omnes delevisti. [10] Invasit eos mors, sicut Adamum invaserat; tum hoc in eos misisti, postquam te irritarunt. [11] Sed pios aliquos ex eis vivos servasti. [12] Et postquam in terra augeri et multiplicari coeperunt, in delicta *magis quam priores (v multa) inciderunt. [13] Tum ex eis virum pium Abraham nomine elegisti [14] et dilexisti et pactum cum eo fecisti [15] et foedus iniisti, quod te inter et eum in aeternum servaretur, eique iurasti te semen eius non neglecturum. Ei dedisti Isaacum, Iacobum, Esavum. [16] Esavum reiecisti, Iacobum autem in Aegypto magnopere multiplicasti [17] eiusque posteros ex Aegypto ad Sina montem eduxisti [18] et inclinasti coelum et terram eiusque incolas concussisti, ima tremore affecisti [19] et gloriam tuam super quatuor animalia (ΘΗΡΑΣ *pro* ΘΥΡΑΣ) extulisti per ignem, terrae motum, ventum, gelu, ut filiis Iacobi Thoram et legem afferres, qua populus Israeliticus intellectum eamque meditatus salutem nancisceretur. [20] Nec tamen ab eis cor obliviosum (*f. l.* pertinax) abstulisti, ut mores in eis ad perfectionem venirent. [21] Adam autem corde pertinace usus erat, unde victus est, et arbitrio suo **male* cogitaverat (b non obedierat), ipse eiusque posteri omnes. [22] Et post foedus tuum patefactum deliberatio e corde populi tui aufugit, radix impietatis in eis convaluit, cognitio praestantiae tuae ab eis abiit et *mala* cogitatio ad summum pervenit. [23] Interea saecula et tempora praeterierunt. Tum tibi servum selegisti Davidem nomine [24] et obligasti, ut in nomine tuo urbem aedificaret, in qua ex tuis sacrificia offerret et alia ex eis, quibus eos oblectas, [25] et per tempus quidem et annos varios; et incolae huius urbis et ipsi obtulerunt. Tum erraverunt [26] nec maior eorum error fuit errore Adami, sed quemadmodum Adam et quae eum secutae sunt generationes corde

3 وكذلك (كذلك *l.*) اتخذوا مثله قلبا كافرا [27] فاسلمت مدينتك الى اعدائك [28] فقلت انا فى نفسى اى خير فعلته
باعراضك عن صهيون [29] معما (مما V) رايته انا ببابل من الخطايا ومعاص لا تحصى فى سنة ثلثين فلم ينتبه قلبى
[30] فقلت كيف صبرت يا رب لهولاء المذنبين وتركت الخاطئين واهلكت شعبك وحقدت على رعيتك [31] ولم
يعرف احد عواقب هذا السر فهل يا رب فعال بابل افضل من فعال صهيون [32] وهل عرفتك امة اخرى اكثر
من اسرائيل واى امة اتمنت على منهج عهودك مثل يعقوب [33] فلم يعرف اجوته (اجرته *l.*) ولا اتمن (اثمر *l.*)
له ايمانه بل عبدك وقد حولت امما فرايتهم صلحا ولكنهم لم يعرفوا وصاياك [34] فزن (ازن V) يا رب ذنوبنا
وذنوب من فى العالم بالموازين وانظر اى ميزان ارجح [35] متى لم يذنب جميع من يسكن الارض بين يديك
واى امة احتفظت بوصاياك [36] الا واحدا واحدا لعل يوجد فى الناس

4 [1] فبعث الى ارئيل (سوريال V) الملاك [2] فقال لى ان قلبك قد استكبر (?) عليك جدا وانت تريد تفحص
عن فكر العلى [3] فقلت نعم يا سيدى فقال لى قد بعثت اليك اسئلك عن مسائل ثلاث وامثال ثلاث [4] وان
اجبت عن احدهما بجواب مقنع عرفتك السبيل التى تشوقت اليها واعلمتك اى هو قلب الفكر [5] فقلت انطق
يا سيدى فقال زن لى (*om.* V) مثقال نار واكتل صاع هوى واعد (وعد b وعيّد V) اليوم الماضى [6] فقلت له
ومن من المولودين يستطيع ذلك [7] فقال فلو سالتك كم كنوز غور البحر ومخارج اطراف العمق وسبل (وسبيل V)
فوق (فوات b) السماء ومبارز (ومنازل V) للجحيم وابواب الجنة [8] ما (وما V) كنت قائلا لى فقلت له لم انزل الى

impio utebantur, sic et ipsi usi sunt impio corde; [27] tum urbem tuam hostibus tradidisti. [28] Et 3
ego in animo meo dixi: Quid melius effecisti, dum Sionem aversatus es [29] in comparatione
delictorum et innumerabilium scelerum (v quam delicta et inn. scelera), quae ego Babylone
vidi anno trigesimo? Neque animum recepi [30] et dixi: quomodo, Domine, sceleratos hos sustinuisti
et peccatores hos tulisti, at populum tuum perdidisti et gregem tuum odisti? [31] nemo
huius secreti consilium novit. Num, Domine, facinora Babylonis meliora sunt facinoribus
Sionis? [32] num alius te populus magis quam Israeliticus cognovit? quinam populus viae foederum
tuorum confisus est Iacobi instar? [33] et tamen merces eius ignoratur nec fides ei fructus
tulit, at servo tuo! Peragravi populos et vidi eos optime valentes, quamquam praecepta tua
non cognoverunt. [34] Expende igitur, Domine, nostra scelera et scelera eorum, qui in mundo
sunt, lancibus et vide, utra lanx deprimatur. [35] Ecquando coram te non peccarunt quicunque
terram incolunt? quaenam gens praecepta tua servavit, [36] nisi singulus aliquis, qui forte inter
homines invenietur?

Tum ad me Uriel (v Suriêl) angelus missus [2] mihi dixit: Cor tuum valde ' rei gravitate 4
commotum est (*f. l.* apud te attonitum est *cf. ad* 5, 2), dum mentem altissimi exquirere vis.
[3] Respondi: ita est, domine mi. Tum dixit mihi: missus ad te sum quaesiturus de tribus quaestionibus
et tribus similitudinibus, [4] et si probabiliter de una earum respondes, viam quam
concupiscis tibi indicabo et quodnam cor *malae* cogitationis sit, te docebo. [5] Dixi: loquere,
domine mi. Dixit: pende mihi ignis pondus et mensura venti modium et reduc diem praeteritum.
[6] Et dixi ei: quis ex natis poterit haec? [7] Dixit: et si a te quaesivissem, quot sint
thesauri imi maris et exitus profundi extremi et viae super coelum et egressus inferni et
portae paradisi, [8] quid mihi dicere posses? Et dixi: non descendi in infernum nec perveni ad

للجحيم ولا وصلت (ولم انزل الى v) قرار (قرا b) البحر ولا صعدت الى السماء ولا رايت الجنة 9 فقال لى انى ما 4
سالتك الا عن الريح واليوم الذى مر بك فانك لا تقدر تعيش دونهما ولكن دع هذا وافهمنى كيف يهتز
(تميز v) شبابك 10 وكيف تُهزَل وتشيب (ويهرم b) فاذا كنت لا تقدر تجيب عن حاضر (خاص b) امرك
11 فلم تلتمس * التعقب لسبيل (العبث بسبيل v) العلى التى لا تدرك وكيف تستطيع التتبع لاثار الذى لا
يتلف ولا يبيد 13 ثم قال لى ان شجر الجبال والسهل توامرت فى نفوسها 14 وقالت نمضى (om. v) فلنحارب
امواج البحر لتهرب بين ايدينا ونتخذ مكانها لاصولنا 15 وتوامرت امواج البحر كذلك فقالت امضوا بنا لنقاتل
اشجار الجبال والسهل لنجعل لنا مكانا واسعا 16 فبطل فكر الجميع واتت النار واحرقت الاشجار 17 ومنعت
(وسعت v) الرمال الامواج 18 فلو كنت قاضيا (حاكما b) اى الفريقين كنت تصدق او تكذب به 19 فقلت كلاهما
(sic vb) كنت اكذب لانهما ائتمرا بالباطل لان الاشجار اعطيت الارض (للارض v) والامواج اعطيت البحر
(للبحر v) 20 فقال لى نعم ما قضيت فلم لا تعرف نفسك وتقضى عليها 21 اعلم انه بحسبما اعطيت الاشجار
الارض (للارض v) الامواج البحر (للبحر v) كذلك الذين فى الارض لا يعلمون الا ما فى الارض والذين فى
السماء يعلمون ما فى السماء والارض جميعا 22 فقلت له يا سيدى افهمنى من الذى اعطى قلبه الفهم 23 فانى لم
أجب (أجيب .cod) السوال عن سبيل العلى بل سالتك عما يمرّ * بنا فى كل يوم (بى v) لان بنى اسرائيل اعطوا
اصلا (اخيذا .f. l) فى الامم والشعب لحبيب اليك اسلم الى الذنوب (ذوى الذنوب .f. l) وفى العهد الذى

4 fundum (b confluvium) maris nec ascendi in coelum nec vidi paradisum. 9 Tum mihi dixit: non interrogavi te nisi de vento ac die, qui praeteriit, sine quibus vivere nequis; sed sine haec 10 et indica mihi, quomodo alacris sit (v discernas) adolescentia tua * et quomodo macescas et canescas (b et senescat). Et si de praesenti (b propria) tua conditione respondere non potes, 11 cur cupis * viam altissimi indagare (v frustra ludere cum via altissimi), quae non comprehenditur, et quomodo vestigia eius, qui non perit nec interit, sequi potes?

13 Tum mihi dixit: arbores montium et planitiei inter se pactae sunt 14 et dixerunt: agite, impugnemus maris undas, ut coram nobis recedant et eorum loco in gratiam radicum nostrarum utamur. 15 Et undae maris et ipsae pactae sunt et dixerunt: venite, ut arboribus montium et planitiei bellum inferamus, ut locum amplum nobis comparemus. 16 Sed utrarumque consilium irritum factum est; venit ignis et arbores consumpsit 17 et arenae undas prohibuerunt. 18 Itaque si iudex esses, utri parti assentireris, utram condemnares? 19 Dixi: utrasque condemno, quia de vano deliberarunt. Nam arboribus terra data est et undis mare. 20 Tum dixit mihi: recte iudicasti; itaque cur te ipsum non cognovisti nec de te iudicasti? 21 Scito, sicut arboribus terra data est et undis mare, ita eos, qui in terra sunt, terrena solum cognoscere et qui in coelo sunt, coelestia et terrestria una. 22 Tum ei dixi: domine mi, edoce me quis sit, cuius cordi intellectus datus est; 23 non enim quaestionem de via altissimi attuli, sed quaesivi de eis quae quotidie nos praetereunt; nam Israelitae dati sunt radix (*sic; f. l.* captivi) inter gentes, stirps tua dilecta peccatis (*f. l.* peccatoribus) tradita est, foedus, quod patribus nostris dedisti,

Fragmentum ineditum alterius interpretis Arabici.

23 (واحتقر به) واحكامنا وكتبنا ليست موجودة 24 وهوذا نحن ذهبين (ذاهبون .l) من العالم كمثل الجراد

... et leges et libri nostri non amplius inveniuntur. 24 En nos mundo egredimur locustarum

4 اعطيته اباءنا وباد جميع ... الذين كنت (الذى كتب .l) لهم [24] ونحو، نعبر الدنيا مثل جراد لحقل وحياتنا مثل الضباب ولسن باهل للنجاة مما اتينا به [25] ولكن ما الذى يصنع (نصنع v) بالاسم الذى نسبنا اليه [26] فقال لى ان كنتَ سترى وان شئت (عشت .l) ستعجب وهذا العالم يعبر (يتغير b) سريعا [27] ولا يستطيع الدوام لاجل (ولاجل v) مواعيد الله ومواهب الصالحين لانه مملوء حزنا وسيئات [28] وانه قد زرع فيه الكفر من قبل الهوى ولم يبلغ اوان الاندر بعد [29] وان (ولم .l) يحصد ما قد زرع فيه الان لان لما كان (*sic*) المزروع فيه على حده ولم تات الارض التى يزرع فيها الخير (الخبز v) بعد [30] وذلك ان الكفر زرع فى البدء (*om.* v) فى ادم كحبة (كجنة b) ‎*‎صنعت حبوبا كثيرة وهى ذاتية تثمر (تثمر دائما b) حتى يبلغ اوان الاندر [31] فاذا كانت

interiit et omne ... (*deest vocabulum*) quod eis scriptum erat, periit. [24] Per mundum transimus 4 ut locusta campi et vita nostra vaporem aequat nec salute digni sumus propter ea, quae in medium protulimus. [25] Sed quid faciet de nomine, ad quod relati sumus? [26] Et dixit mihi: si valebis, videbis, et si voles (*l.* vives) miraberis, cum hic mundus celeriter transeat (b mutetur). [27] nec durare possit propter (v et propter) dei promissiones et piorum dona, quia tristitiae et malorum plenus est, [28] et quia in eo sata est impietas a parte libidinis nequedum tempus areae venit [29] nec id, quod nunc in ea satum est, demessum est, quia satum nondum ad finem pervenit nec terra, in qua postea bonum (v panis) seretur, venit. [30] Nam impietas ab initio sata est in Adamo, grano similis, quod multa procreavit grana, est enim substantia fructum ferens usque dum tempus areae adveniet. [31] Et si granum unum multas spicas procreat, quid putas

وحياتنا تضمحل كمثل الدخان وصرنا كمثل من لم يستحقوا رحمة [25] ولكن ما الذى تعمل من اجل اسمك القدوس الذى يسمى علينا [26] فاجابنى قائلا ان كنت تسئل فسوف ترى واذا طلبت بتمسك وثبات فسوف تعلم عاجلا لان هذا الدهر الذى تسئل وتفحص عنه يزول سريعا [27] لانه لا يقبل اليه وعد الابرار من اجل انه مملوء امراضا واوجاع قلب [28] وقد زرع فيه الشر وان كان الذى زرع لا يرى [29] ولكن الشكل (المكان .l) الذى زرع فيه الشر له منتهى ويزول لان الكورة التى زرع فيها اصلاح (الصلاح .l) لم تظهر بعد [30] وقد كان زرع فى قلب ادم حبة من زرع شرير فاولدت هذه الثمار الشريرة الردية الكثيرة وهى تتوالد الى الان ولا تزال حتى تبلغ وتنتهى الى اندرها [31] ففكر الان فى ذاتك كيف زرعت حبة ردية فصنعت شرورا كثيرة

instar et vita nostra fumi instar dissipatur et facti sumus tanquam misericordia indigni. [25] Sed quid est, quod facies propter nomen tuum sanctum, quod super nos nominatum est (*de quo nominati sumus*)? [26] Tum respondit mihi et dixit: si interrogas, videbis, et si perseveranter et constanter quaeris, celeriter cognosces, nam saeculum hoc, de quo interrogas et scrutaris, mox finem habebit; [27] nam promissio piorum ad id non pertinet, cum aegritudinum et cordis dolorum plenum sit. [28] In eo satum est malum, quanquam qui sevit non conspicitur, [29] sed loco, in quo satum est malum, terminus est et finem capiet, nam regio, in qua satum est bonum, nondum apparuit. [30] In corde Adami satum erat granum seminis mali et multos fructus malos et pravos generavit, qui per successionem hucusque propagantur nec desinent, usque dum tandem venerint ad aream suam. [31] Itaque nunc in te ipso considera, quomodo granum pravum satum sit

4 حبة واحدة اثمرت سنبلا كثيرا فما ظنك [32] اذا زرع سنبل كثير فما ذا يكون انادر (قدرا v) ترجى [33] فقلت له متى يكون هذا ويدوم فان سنينا قليلة خبيثة [34] فقال لى لست انت باسرع من العلى انت مسارع لاجل نفسك والعلى لاجل العامة على مهل يفعل هذه الاشياء [35] فحميت (فاجابت v) انفس الابرار وقالت حتى متى نلبث هاهنا ومتى يكون اوان الاندر لناخذ اجرتنا [36] فقال لهم ارائيل (اراميل *l.* ارئيل b) الملاك حتى يتم عدد (*om.* v) كلمن ساكن (يشاكل *l.* يشناكن b) لان العلى سيزن الدنيا بالمثاقيل [37] وجميع دهرنا بالموازين وقد مد (عد b) الدهور وهم لا يبطلون عن حركاتهم واعمالهم الى انقضاء الدنيا [38] فقلت له يا سيدى ليس منا الا مذنب [39] وليس يجب ان يمنع مجىء الاندر لاجل الخاطئين الذين يسكنون الارض [40] فقال لى سل الحبلى هل تقدر بعد تمام تسعة اشهر ان تخبّئ (يجلس b) الولد فى بطنها (جوفها b) [41] فقلت كلا يا سيدى لا تستطيع ذلك فقال لى كذلك الجحيم هو للانفس بشبه الام الوالدة [42] وكما تسارع المراة وتفر مما يحل بها عند الولادة كذلك يسارع هولاء من اذى ما كان عليهم [43] وبعد ذلك ترى ما كنت تشتهى رؤيته فى هذا الوقت [44] فقلت له يا سيدى ان (اذ v) كنت اهلا [45] فاعلمنى من اكثر الذين مضوا (جاءوا v) ام الذين

4 [32] fieri, si multae spicae sata sint, quot areae sunt, quae sperantur?

[33] Et dixi ei: quando haec fient et durabunt? nam anni nostri pauci sunt et parvi. [34] Tum mihi dixit: non tu celerior es altissimo; tu festinas propter te ipsum, dum altissimus propter universos lente has res efficit. [35] Impatientes *diuturnitatis* iustorum animae dixerunt: quousque hic morabimur et quando veniet tempus areae, ut mercedem nostram accipiamus? [36] et dixit eis Ereîl (*l.* Erêmîl b Uriel) angelus: usque dum numerus omnium qui similes sunt integer est; nam altissimus pendet mundum ponderibus [37] et totum nostrum tempus statera et mensuravit (b numeravit) saecula, dum ipsi *homines* suo modo moveri et agere usque ad finem mundi non desinent. [38] Tum dixi ei: nemo, domine mi, nostrum est quin peccet, [39] neque oportet areae adventus impediatur propter peccatores, qui terram incolunt. [40] Et dixit mihi: quaere a gravida num post peractos novem menses foetum in utero occulere possit. [41] Dixi: nequaquam, domine mi, non potest. Et dixit mihi: ita infernum; animabus pro matre quae parit est. [42] Et sicut mulier maturat evadere, quod ei in partu accidit, ita illae maturant *evadere* molestiam eius, quod eis impositum est. [43] Post haec videbis, quae hoc tempore videre desiderasti. [44] Dixi ei: domine mi, si dignus sum, [45] doce me, qui plures sint: qui praeterierunt anne qui

[32] فكم احرى اذا زرع سنبل البركة والخير اليس يصح ثمارا عظيم البركة متضاعفة وتخزن فى اهراء العلى [33] فاجبت وقلت له فالى متى وكم بقى الوقت بعد هذا الزمان فان ايامنا قليلة وسنيننا يسيرة صعبة [34] فقال لى هل انت عجول فى هذا الشىء اكثر من العلى لانك انت انما تريد السرعة بذلك لاجلك وحدك والعلى يصنع هذا ....

et mala multa effecerit; [32] quanto magis si spica prosperitatis et boni sata est, nonne optime proferet fructus prosperrimos duplos in horrea altissima invehendos? [33] Respondi et dixi ei: Usque quo et quantum illi horae post hoc tempus relictum erit, nam dies nostri pauci et anni nostri modici et graves sunt? [34] Dixit mihi: num tu in hac re magis festinas quam altissimus? nam tu maturationem tua solius causa cupis, dum altissimus haec facit ....

4 يأتون 46 فانى قد (om. v) سمعت بمن مضى ولست عارفا بمن يوافى 47 فقال لى قم عن يمينى لاعرفك ذلك
48 فقمت ورايت اتون نار يلتهب قد مر بى وخلفه دخان 49 وسحابة تمطر مطرا كثيرا وبعد ذلك رايت
سحابة تمطر مطرا قليلا 50 فقال لى اى شىء اكثر الدخان او النار واى شىء اكثر المطر او تقطير السحاب
فقلت النار اكثر من الدخان والمطر اكثر من القطر فقال كذلك العدة التى مضت اكثر من الذى ياتى
51 فقلت له يا سيدى ما الذى يكون فى تلك الايام 52 فقال انا اعرفك بعض الذى يكون مما سالت عنه
5 وان كنت لم ابعث اعرفك عن الحياة 1 فاعلم انه سيجىء ايام يختفى الحق فيها وتصير ارض القدس عاقرا
2 وتكثر الشرة (النبوة b) اكثر مما سمعت ورايت وستكثر (ويتحير .l وتتكبر b) سكان الارض 3 ولن (ولم v)
تقوم (تعمر v) الارض وتداس (om. b) بل تصير خرابا 4 وان اعطاك العلى حياة فترى ذلك بعد زمان وتعرف
الاشياء وتظلم الشمس * فجاءة فى النهار (بغتة فى النهار b تجاة النهار v) كالليل ويصير القمر 5 كالدم وتتكلم
الحجارة ويتفوه (ينفسد .l ينفقد b) الهوى وترعب الجماعة 6 ويملك من لم يخطر على بال سكان الارض ثم تتباعد
الطير من اماكنه 7 ويصير فى بحر سدوم سمك الذى (والذى b) لا يعرف بصوت بالليل وتسمعه وتبصره العامة
8 ويبدو العمق (بالعمق v) الاكبر فى اماكن ويصعد النار (بالنار v) وتهرب سباع الصحارى من اماكنها وتلد
النساء ايات (اثاثا v اناثا b) 9 ويملح الماء العذب ويقاتل المتالطفون بعضهم بعضا ثم يختفى الفقه والمعرفة فى
معادنها (اماكنها v) 10 ويرغب الناس فى الاستكثار من البنين ولا يعطون وتكثر الخطايا ولا يقدر الناس على
ضبط انفسهم على الارض الا فلان وفلان 11 * ويسئل الارض للارض هل مر بك صديق واحد (وتسال الارض

futuri sunt. 46 Nam de eis qui praeterierunt audivi nec tamen eos qui venient cognosco. 4
47 Tum dixit mihi: accede ad dextram meam, ut tibi haec declarem. 48 Et accessi et vidi fornacem ardentem me praetergressam eamque secutum fumum, 49 et nubem imbrem multum effundentem et postea vidi nubem paucam pluviam effundentem. 50 Et dixit mihi: quaenam pars maior est, fumusne an ignis? quaenam pars maior est, imberne an nubis stillicidium? Dixi: ignis fumum multitudine superat et imber stillicidium. Dixit: ita numerus praeteritorum maior est, quam eius quod veniet.


51 Tum dixi ei: quid est, domine mi, quod in illis diebus erit? 52 Dixit: ex eis, de quibus interrogasti, nonnulla, quae erunt, tibi explanabo, quanquam non missus sum, ut de vita te docerem. 1 Scito igitur, venturos esse dies, quibus ius abscondetur et terra sancta sterilis erit 5
2 et malum (b prophetia) amplius quam audiisti et vidisti crescet et terrae incolae obstupescent 3 nec stabit (v coletur) nec calcabitur (*om.* b) terra, sed deserta fiet. 4 Et si altissimus tibi vitam concesserit, videbis haec post tempus aliquod et res cognosces, et sol subito in die noctis instar obscurabitur et luna fiet 5 ut sanguis et lapides loquentur et aer corrumpetur et multitudo terrebitur 6 et regnabit, de quo non cogitarunt incolae terrae, tum aves sua loca relinquent, 7 in mari Sodomitico pisces nascentur, qui (et qui b) notus non est noctu vocem tollet eumque audient et contemplabuntur omnes 8 et *mare* imum variis locis * apparebit et ignis ascendet (v in conspectum dabit et ignem emittet) et bestiae desertorum e locis suis fugient et mulieres prodigia parient, 9 salsa fiet aqua dulcis, inter sese, qui sibi faverant, pugnabunt, tum intellectus et scientia abscondentur in originibus (v locis) suis 10 et homines concupiscent plurimos habere filios nec obtinebunt, peccata multiplicabuntur nec homines se ipsos in terra coercere poterunt, nisi forte hic et ille, 11 regio regionem interrogabit: num iustus unus te transivit (v regio inter-

5 هل صديقا او واحدا من الابرار V) فتقول لا [12] ويومل الناس [ولا] (ولا يومل الناس انهم V) يبلغون الامل ويضطربون * فلا تواتيهم (وان يرى منهم V) الاشياء [13] فهذه هي (om. V) الاشياء التى امرت باعلامك اياها وان صمت وصليت سبعة ايام اخر فانت تسمع وترى ما هو افخر واجل [14] ففزعت وارتعدت فرايشى (فرائصى .l) [15] واخذ الملاك بيدى واقامنى وتشددت [16] فصار الىّ ايطول رئيس الشعب فى الليلة الثالثة فقال لى اين كنت ولم تحزن [17] اما تعلم انك المؤتمن على بنى اسرائيل فى هذه الارض التى سبوا اليها [18] فانهض وادخل اليها وكل خبزا ولا تتركنا كراع سيب غنمه بين ذياب ضارية [19] فقلت انا اسئلك الا تجيئنى الى اليوم السابع عند ذلك تجيئنى وتسمع منى وتعمل (وعمل .l) ما امر به [20] وصمت سبعة ايام مبتهلا * كما امرنى (الى V) سوريال (ارئيل .l) الملاك [21] وافكر وفكرى يلاججنى [22] وامكنت نفسى من روح الفقه وابتدات قائلا [23] ناطقا يا رب من اشجار الارض اخترت لنفسك اصل كرم واحد [24] ومن الارضين كلها ارضا واحدة [25] ومن عامة المدن قدست لنفسك صهيون [26] ومن كل المواشى اخترت لنفسك كبشا ومن الطيور حمامة واحدة [27] ومن الجماعات شعبا واحدا وانت مدبر الاشياء بقوتك وصانعها بحكمتك وجعلت عهدك المختار لشعبك الذى اصطفيته [28] فلاى (ولاى V) شىء اسلمت الان الوحيد الذى اخترته لك للكثره (om. V) واسميت بالحدر (واشمتّ بالجذر .l) الواحد حتى استولى عليه قوم شتى فبددت وحيدك (جندك V) [29] حتى توطاه * المقاومون لعهدك ووصاياك (المناوئون V) وتدعدع الذين اؤتمنوا على شرائعك [30] وبغضوا وكان البغض اولى باعدائك ومدحضى وصاياك

5 rogabitur num iustum aut unum e piis *deficiente verbo*) et illa negabit, [12] et sperabunt homines [nec *addendum*] (V et non sperabunt homines quod) spem adepturi sunt et sollicitudinibus perturbabuntur nec res eis succedent. [13] Et hae res sunt, quas te docere iussus sum, et si per septem alios dies ieiunium observaveris et oraveris, insigniora et maiora audies et videbis.

[14] Et metui et tremuerunt lacerti mei, [15] et angelus me manu prehendit et erexit, et vires refeci. [16] Et Ayatûl, princeps populi, tertia nocte ad me venit et dixit mihi: ubi fuisti et cur luges? [17] an nescis te eum esse, cui filii Israelis in hac terra concrediti sunt, in quam deducti sunt? [18] surge itaque, ad eos intra, ede panem nec nos deseras pastoris instar, qui oves suas inter lupos rapaces dimittit. [19] Tum dixi: peto a te, ut ad me usque ad diem septimum non venias; tum demum venies. Et obedivit et fecit, quod iussus erat.

[20] Et ieiunium servavi septem diebus, preces fundens, sicut me iusserat Suriel (*l.* Uriel) angelus, [21] et meditatus sum; sed meditatio mea molestia me affecit [22] et anima mea spiritum intellectus assecuta est et incepi dicere, [23] elocutus: Domine, ex arboribus terrae elegisti tibi radicem unius vitis [24] et ex omnibus regionibus regionem unam [25] et ex universis urbibus consecrasti tibi Sionem [26] et ex omnibus quadrupedibus elegisti tibi arietem et ex volucribus columbam unam [27] et e multitudinibus unum populum, tu, qui res potentia tua gubernaris et sapientia tua efficis et foedus tuum eximium cum populo tuo, quem selegisti, pepigisti. [28] Et nunc cur unigenitum, quem tibi elegisti, tradidisti multitudini et ad convicia exposuisti radicem unicam, ita ut variae gentes ea potitae sint, et dispersisti unicum tuum (V legionem tuam), [29] ita ut * adversarii foederis tui et praeceptorum tuorum (oppugnatores) eum conculcarint et dissipati sint ei, quibus lex tua concredita est, [30] et in odio fuerint, quanquam odium magis conveniebat hostibus tuis tuarumque legum contemptoribus, qui supplicio digni sunt.



5 وهم اهل العقاب [31] فلما قلت ذلك جاء الىّ الملاك الذى بعث الى فى الليلة الماضية [32] وقال لى انصت الى
قولى واسمع منى ما اعلمك به [33] فقلت تكلم يا سيدى فقال لى هل تحب انت (om. v) اسرائيل اكثر
من خالقه او توخذ انت به [34] فقلت له لا يا سيدى ولكنى تكلمت من وجد شديد ولما اجد فى
جوارحى من الالم والامتغاص فى كل يوم وانا بحمد الله محب للزوم سبل العلى والمواظبة على المعرفة بفصله
(بفصله .l) وقصائه [35] فقال لى لست (انت v ليس b) تقوى على الفحص عن قضايا العلى ولا تدرك امره
فقلت ولم يا سيدى وحيث (وجب .f. l) كل الامر هكذا فكيف ولدت ولم لم تكن بطن امى قبرا لى * كيلا
ارى تضعضع اسرائيل (om. v) [36] فقال لى ما اشد الغبطة للذين لم يولدوا فهل تستطيع تجمع النطف التى
تبددت او تجنى (تحيى .l) زهرا قد يبس وتساقط [37] او تفتح لى ابواب الاهراء التى غلقت وتخرج القبائل
التى حبست فيها او تعرفنى كيف صورة الصوت فاذا فرغت من ذلك عرفتك حال الحق الذى التمسته منى
[38] فقلت يا سيدى من الذى يستطيع اعلامك سيما مما ذكرت اولا [39] وانا انسان ضعيف مقيد العقل ناقص
الراى لا استطيع اعرفك شيئا مما سألت [40] فقال لى كما انك لا تستطيع تعرفنى شيئا مما ذكرت كذلك لا
تقوى على تتبع ما عندى ولا تعرف ما تصير اليه هذا الشعب [41] فقلت يا سيدى قد اخبرت بما يكون فى
اخر الزمان فعرفنى ما الذى يصنع من قد مضى قبلنا وما الذى يكون بعدنا والى ما ذا يصير امره [42] فقال لى
ان العلى يحشر كل الناس ويدينهم ولا يترك (يبارك b) احدا يتباعد عنه ولا يرخص لمن يسارع اليه بغير
الاستواء بل يثيب (يتبّت v ينيب b) كل انسان بقدر عمله [43] وابتهلت الى الرب بتبريك (بترتيل b) وتسبيح

[31] Et postquam haec dixi, venit, ad me angelus, qui praeterita nocte mihi missus erat, 5
[32] et dixit mihi: attende ad verbum meum et audi a me, quod te docebo. [33] Dixi: loquere, domine mi. Dixit mihi: num tu Israelem magis diligis, quam creator eius, aut de eo commotus es? [34] Dixi, non, domine mi, sed prae gravi cruciatu locutus sum et propter dolorem et tormina, quae in artubus mei quotidie sentio, cum propter gloriam dei vias altissimi persequi amem et iudicium et decretum eius cognoscere gestiam. [35] Dixit mihi: non vales decreta dei investigare nec eius negotium. Dixi: et cur, domine mi, omnia necesse fuerunt (?) hoc modo? quomodo igitur natus sum et cur uterus matris meae mihi non factus est sepulchrum, ut humilitatem Israelis non viderem? [36] Dixit mihi: o beatissimos, qui nati non sunt. Num guttas dispersas colligere aut flores aridos et deciduos carpere (*l.* vitae reddere) potes, [37] aut portas promptuariorum clausorum mihi aperire et tribus in eis inclusas educere aut me docere, quaenam sit figura soni? quae si perficis, tibi verum rerum statum indicabo, de quo me interrogasti. [38] Et dixi: quis est, domini mi, qui te docere possit, imprimis aliquid eorum, quae ab initio commemorasti, [39] ego enim homo imbecillis sum, mentis circumscriptae et intellegentiae imperfectae; nihil eorum, quae rogasti, tibi indicare possum. [40] Dixit mihi: sicut tu nihil eorum, quae commemoravi, mihi indicare potes, sic non potes assequi, quae cogito, nec scire, quo hic populus perveniet. [41] Et dixi: de eis, domine mi, quae ultimis temporibus erunt, edoctus sum; iam nuntia mihi, quid faciant, qui ante nos fuerunt, et quid post nos futurum sit et quo conditio eius perventura sit. [42] Dixit mihi: altissimus universos homines congregabit (*vocem κύκλος perperam interpretatus est*) et iudicabit nec ullum abesse sinet nec favebit eis, qui intemperanter approperant, sed cuivis secundum acta retribuet. [43] Et dominum genibus nixus (**b** recitans) et laudans precatus sum et dixi: Domine, quapropter eum, qui nunc est, et eum,

5 وقلت يا رب لاى شىء لم تجعل من هو الان ومن يكون من بعد شرعا واحدا ليعلن بذلك عدلك [44] فقال
لى لن يستطيع المخلوق الرائد (الرئد .l) ذلك الا بمعونتى لانى انا الخالق وطباع هذه الدنيا وسمتها لم
تكن تقوى على اجتماع الناس كلهم فيه كافة [45] قلت له يا رب وكيف قلت لى انك الذى تنعش خلقك
كافة [46] فقال لى قل للمراة التى ولدت عشرة بنين لم لم تلدى بنيك كلهم فى مرة واحدة [47] فقلت
[10] Et apparuit mihi dicens: [11] aquila, qui e mari ascendit, regnum quartum est, quod Daniel frater tuus vidit; [12] ei interpretatus sum, ut tibi prima vice interpretatus sum, et iam haec tibi interpretor. [13] Nempe: dies venient et surget (b adveniet) regnum super terram, quod magis timendum erit, quam omnes reges terrae [14] et ex eis *(sic)* regnabunt duodecim reges, qui sibi invicem succedent, [15] et secundus ex eis per longum aevum imperium tenebit, diutius quam duodecim illi. [16] Haec est explicatio duodecim alarum, quas vidisti. [17] Voci, quae e medio latere aquilae locuta est, [18] subest: tempore eius regni seditiones erunt et cadet in summas difficultates, et qui imperium tenet, non cadet, sed in magna potentia constabit. [19] Et quod octo alae ex illis magnis alis provenerunt: [20] surgent ex eis octo reges, quorum spatium breve, tempora dissipata erunt, ex quibus duo peribunt, [21] et post longe quidem dilatum diem, et quatuor usque ad finem temporis servabuntur, [22] et capita quiescentia [23] significant, altissimum ultimo tempore tres reges instituturum, qui loca definient (*l.* renovabunt) et subigent terram [24] et omnes eius incolas vehementiore, quam priores, oppressione. Appellati sunt capita aquilae, [25] nam manebunt ad interitum saeculi et tempus praefinitum conficient. [26] Et caput magnum, quod vidisti, significat regem, qui absconditur et moritur in lecto

12 ملك يختفى ويموت على فراشه [27] والاثنان يقعان بالحرب [28] بعضهما فى بعض ويقتلان [29] والجناحان الذان خرجا من الاجنحة الكبار فصارا الى الراس الايمن [30] فهما ملكان يحفظهما الرب الى الابد ويكون سلطانهما مملوءا فتنة ولهما فناء كما رايت [31] والاسد الذى رايت [32] هو الملك الذى يحفظه العلى الى تمام الابد والاجل وهو الجائى من زرع داود فانه يشرق ويوافى * ويعطى الناس التعاليم (ويعظ الناس b) وينهاهم عن ذنوبهم * ويذكرهم عن معاصيهم وتفريطهم وتعديهم (om. V) [33] ثم يبعثهم ليدانوا ويثيبهم (وينبئهم V) بما عملوا [34] ويخلص الشعب برحمته وهم الذين عرفوا عجائبى وهو يجعلهم فى راحة الى (adde انقضاء) الدهر كما قلت لك [35] وهذا تفسير ما رايت [36] وانت وحدك اعطيت الوحى وعلمت سرائر العلى [37] فاكتب يا عزير كلما (ما V) رايت وخوطبت به واجعل ذلك فى مكان خفى (om. V) [38] وعرف به حكماء (اقوياء V) شعبك ومن تعلم انهم اقوياء (قويو b) اللب واهل لعلم وحى العلى سائرون له حافظون مفصلون بين الحق والباطل [39] واقم (وقم V) هاهنا سبعة ايام اخر ليوحى اليك العلى ما يشاء (نشاء V) [40] ثم تركنى ومضى (فدخلت المدينة add. b) وسمع الصغير والكبير فقالوا [41] ما الذى اذنبنا اليك حتى تركتنا فى هذا المكان [42] وقد استبقاك الله لنا من الانبياء مثل قطف على * اثر القطاف (اتم قطاف V) ومثل سراج فى موضع مظلم [43] وما يكفينا ما لقينا من الشرائر والامتهانات حتى تركتنا ايضا [44] فان كنت تاركا لنا فالحريق الذى احرقت (adde به) صهيون بالنار خير لنا [45] فاننا لسنا ابر من الذين هلكوا هناك وبكوا قدامى بكاء شديدا فقلت لهم [46] افرح يا اسرائيل وانعم يا بنو يعقوب [47] فان

suo, [27] et duo bello cadent, [28] alter per alterum, et uterque interficietur. [29] Et alae duae, quae 12 ex alis magnis provenere et ad caput dextrum venere, [30] duo reges sunt, quos dominus perpetuo servabit, et regnum eorum seditionis plenum erit et interibunt, sicut vidisti. [31] Et leo, quem vidisti, [32] rex est, quem dominus usque ad consummatum tempus aeternum et diem praefinitum servabit, et is est, qui venit e semine Davidis, nam orietur *solis instar* et adveniet; * hominibus tradet doctrinas (**b** homines admonebit) eisque delictis interdicet * et commonefaciet eos de omittendis sceleribus et licentia et legis violatione. [33] Tum eos excitabit, ut iudicentur, eisque pro facinoribus retribuet. [34] Populum misericordia sua liberabit, eos qui miracula mea cognoverunt, et collocabit eos in quiete usque ad *finem* temporis, sicut tibi dixi. [35] Et ea est interpretatio eorum, quae vidisti. [36] Soli autem tibi haec divinitus exposita et dei secreta impertita sunt. [37] Scribe igitur, Esdra, omnia, quae vidisti et coram comperisti, et colloca ea in loco absondito [38] deque eis certiores fac sapientes populi tui et quos ingenio validos et dignos, qui altissimi nuntium sciant et huic obsequentes, huius memores, inter verum et vanum distinguentes nosti. [39] Mane hic adhuc septem dies alios, ut tecum communicet altissimus, quae volet.


[40] Tum reliquit me et abiit (et ingressus sum urbem *male addit* **b**) et audierunt summi et infimi et dixerunt mihi: [41] quid erga te commisimus, ut nos in hoc loco deserueris, [42] dum tamen te solum ex prophetis nobis reliquum fecit deus, sicut uvam ex vindemia aut lucernam in loco caliginoso. [43] Nonne nobis calamitates et vexationes, quas passi sumus, suffecerunt, ut et ipse nos desereres? [44] si tu nos deseris, combustio, qua Sion igne deleta est, melior nobis erat, [45] cum eis qui ibi perierunt sanctiores non simus. Et coram me vehementer plorarunt, et dixi eis: [46] laetare, o Israel, et bono animo sis, stirps Iacobi, [47] nam memoria vestra apud altis-

ذكركم عند العلى والجبار حاسركم (حاشركم l.) [48] غير تارككم فانى مضيت الى المنشر انوح وابكى على خراب 12
صهيون وتضعضع بيت المقدس [49] فليرجع كل منكم الى بيته وقراره وامكث (وامكثوا b) سبعة ايام ثم اوافيكم
[50] فانطلق الشعب كما امرته [51] ورجعت الى المنشر فجلست فيه سبعة ايام اكل زهر الاعشاب كما قيل لى
واكتفيت بذلك تلك الايام السبعة [1] فلما كملت الايام رايت فى الليل [2] كانّ ريحا سمت (صعدت b) من البحر 13
* فجاءة وغرا اللجج نورا (ثورا l. وثورت اللجج b) فرايت مع صعود الريح من البحر شبه انسان [3] يطير على
سحب السموات وكان جميع من التفت اليه يرتعش منه [4] وكل من سمع صوته ينحل مثل الشمع امام النار
[5] ورايت بعد ذلك اناسا لا يحصون كثرة يجتمعون من اطراف الارض ليقاتلوه [6] فرايت جبلا عظيما قد انفتح
(انقطع aut انفكّ l.) له (om. v) وطار اليه [7] واحببت ان * ارى الارض (ارضّ الارض وارى الجبل v) والمكان
الذى انفتح فيه الجبل فلم ابلغ [8] ورايت جميع من اراد مكابرته يرتعش منه ويخافه وان كانوا سلطوا على
مناوأته [9] ورايت منهم كثيرا تحته ولم يكن له سلاح ولا عدة حرب [10] الا انه كان يخرج من فمه مثل موج
كثر (om. b) نار * ومن بين (ورش v) شفتيه مثل ريح تحرق (om. v) ومن لسانه مثل ريح تهب وصار ذلك كله
مستويا [11] ووقع على الجبال فجاءة * فاحرق تلك الجماعة (om. v) الى ان صاروا رمما كغبار وتراب وانتبهت فى رؤياى
[12] فرايت شخصا كانسان قد نزل من الجبل ودعا اليه اناسا كثيرين واصلح بينهم [13] ووافاه اشباه اناس كثيرة منهم
فرحون ومنهم حزان ومنهم مربوطون ثم انتبهت (انتهيت v) كانى راغب الى العلى قائلا [14] انت احببتنى واتيت

12 simum est et fortissimus vos congregat [48] nec deserit. Ego autem in locum plantis virentem abii lugens et flens de vastata Sione et templo diruto. [49] Et quivis vestrum ad domum et domicilium redeat et manebo (**b** manete) septem dies, tum ad vos veniam. [50] Et abiit populus, ut iussus erat, [51] et redii ad locum plantis virentem, et consedi ibi septem dies, flores herbarum edens, ut mihi dictum erat, his contentus illis septem diebus.

13 [1] Et postquam completi sunt dies, vidi noctu [2] quasi ventus subito e mari surgeret et fluctus * spumarent concitati (* concitaret **b**), [3] et cum vento e mari ascendente vidi quasi hominem super nubes coelorum volantem; contremiscebat, ad quem se convertit, [4] et quicunque vocem eius audivit, ut cera coram igne, resolvebatur. [5] Et posthac vidi homines propter multitudinem innumerabiles a finibus terrae congregari, ut eum impugnarent. [6] Et vidi montem magnum ei aperiri (*f. l.* seiungi *cf.* 13, 36) et ad eum volare, [7] et desideravi regionem ac locum, in quo ei apertus (seiunctus?) fuit mons, videre nec assecutus sum. [8] Et omnes, qui contra eum superbire voluerunt, vidi ab eo extimescentes et metuentes, quanquam eis ut se opponerent imperatum erat. [9] Et vidi ex eis multos ab eo subactos, nec ei arma erant, nec belli instrumenta, [10] nisi quod ex eius ore exiit quasi fluctus multi ignis et inter labia eius quasi ventus comburens et e lingua eius quasi ventus flans et omnia haec aequabilia fuerunt. [11] Et subito cecidit super montes (*ОРН pro ОРМН cf. syr.*) et hanc multitudinem combussit, usque dum putridi facti sunt ut pulvis et humus, et experrectus sum in visione mea. [12] Et vidi aliquem hominis instar, qui e monte descenderat, et ad se multos vocavit et inter eos pacem composuit. [13] Et ad eum multae hominum figurae accesserunt, partem laetae, partem tristes, partem vinctae.

Tum expergefactus sum, acsi deo supplicarem, et dixi: [14] tu me dilexisti et ad me venisti




13 الى فعرفتنى السرائر وتفسيرها [15] فاستجب لى الان وفسر لى هذه الرويا [16] وقلت ويل لمن يغنى فى تلك الايام
واكثر منهم الذين لا يبقون لانهم عرفوا ما يكون فى اخر الزمان ولم يبلغوا ذلك فالويل عليهم لانهم يجربون
وكان خيرا لهم لو عموا ولم ياتوا الى هذا العالم الذى لا يرون فيه الفرح فقال لى [21] انا مفسر لك ما رايت
ومبين ما خطر ببالك [23] من ... امر ذلك الزمان بحفّظ (l. بحفظ) الذين يسقطون ويكون مع الذين لهم
ايمان بالله واعمال عند العلى [24] ولذلك طوبى للحبالى (l. للاحياء) الذين يبقون لانهم خير ممن مات [25] واما
الانسان الذى رايت مرتفعا من البحر [26] فهو الذى يحفظه العلى الى دهور كثيرة ليخلص من كان له وهو
يخلص من بقى [27] والنار والريح التى رايت تخرج من فيه [28] وهو بغير عدة ولا سلاح وبقول فمه سحق من وافى
لقتاله [29] فانه اذاما جاء (om. v) العلى مفتقدا من كان فى الدنيا [30] ينتبه (بنيّة v) سكان الارض [31] ويحاربون
بعضهم بعضا وتلاطف (وتلاحظ f. l.) امة امة وملك ملكا ويكون الايات التى قلت لك [32] فعند ذلك يبدؤ
عبدى (فتاى b) وهو الرجل الصاعد من البحر [33] فاذا سمعت الامم صوته ودارت (l. دارت) طرقها وجرى
(وحذف f. l.) بينهم قتال [34] ويجتمع كما رايت قوم ليناوئوه [35] فيقوم انسان على الجلجلة التى لصهيون (بصهيون b)
[36] وتبنى صهيون وتظهر لجميع من يرثها كما رايت الجبل انقطع بلا يد [37] وهو فتاى الذى منكم وهو يعظ
الامم ويوبخ الناس (الامم v) باعمالهم ويحشرهم (ويحاسبهم v) قاطبة حتى يكونوا بين يديه * ويعرف (يفرق f. l.)
اهل الغباوة والكذب (ويعرفوا اهل الدعاوة والخبث b) [38] (ويضيق عليهم بتعب الحبس ويدينهم بغير اكتراث

et me secreta eorumque interpretationem docuisti; [15] itaque mihi hodie responde et hanc visionem interpretare, [16–20] et dixi: vae eis, qui illis diebus subsistent, et magis etiam eis, qui non manebunt, quia quod ultimo tempore fiet cognoscent nec comprehendent, et vae eis, quia tentabuntur, eisque melius erat, si caeci fuissent nec in hunc mundum venissent, in quo laetitiam non videbunt. Et dixit mihi: [21] ego tibi interpretabor, quae vidisti, et explicabo, quae in mentem tuam venerunt. [23] Qui ... *(lacuna)* res illius temporis, de custodia eorum (*l.* custodiet eos) qui ceciderunt et erit cum eis, quibus fides erga deum est et facinora apud altissimum sunt. [24] Itaque beatos vivos (*cod.* praegnantes), qui superstites erunt! nam praestant eis, qui mortui sunt. [25] Et homo, quem ascendere vidisti e mari, [26] idem est, quem deus ad multa tempora conservabit, ut suos liberet, et liberabit qui superstites erunt. [27] Et ignis et ventus, quos de eius ore provenire vidisti, [28] dum ipse sine instrumentis et armis esset, et sola oris voce eos, qui ut eum impugnarent venissent, contereret, [29] hoc sibi volunt: si altissimus veniet visitaturus eos qui in terra sunt, [30] terrae incolae excitabuntur [31] et se invicem bello petent et populus populum et regnum regnum * benevolentia prosequetur (*f. l.* speculabitur) et miracula, de quibus tibi dixi, fient. [32] Tum servus (**b** puer) meus apparebit, qui est vir e mari ascendens, [33] et si populi eius vocem audient (et *delendum*), in orbem agentur viae eorum *(consilia mutabunt)* et agetur (*f. l.* abrumpetur *s.* differetur) inter eos pugna [34] et cogetur, ut vidisti, *evocatorum* manus, ut eum debellent; [35] tum surget homo super Golgotham, quae est Sionis (in Sione **b**), [36] et Sion aedificabitur et omnibus, qui eam possidebunt, apparebit, sicut montem sine manu seiungi vidisti, [37] et hic puer meus est, qui ex vobis est, et is populos admonebit et homines propter facinora coram perstringet eosque congregabit (**v** custodiet) omnes, ut coram eo sint, et neglegentes et mendaces notos faciet (*f. l.* segregabit, **b** et iactatores et impii cognoscentur). [38] (**b** *add.* et angit eos incommodo carceris eosque iudicabit sine sollicitudine et labore, quia

13 ولا عناء لانهم كفروا وذبحوا للشياطين ويرض المتعدين ويسحقهم (add. b) ويلقيهم فى نار جهنم ويكرم
الذين حفظوا وصاياه [39] والامة الغريبة التى رايته (om. v) ناداهم للصلح [40] هم (فهم v) بقية القبائل التسع
(التسعة القبائل v) سبى (om. v) سلماناسار ملك السريان فى ايام نسون (نسور b يشوع l.) ملك اسرائيل
وبعث بهم الى ارض اخرى [41] *خلف الامم (om. v) التى نفوا اليها ولم تسكن حتى سكنوها هم [42] ونصبوا
انفسهم لعبادة الله لانهم *لم يحفظوا (حفظوا v) عبادته وهم بارض القدس [43] فاجازهم* مداخل الفرات ومخائصه
بضيق (مخائص الفرات v) [44] لان العلى صنع بهم العجب واحسن اليهم واقام المياه لهم حتى جازوا النهر
[45] بعد ان ساروا فى ارض ارزف (ارون b) سنة ونصفا (ونصف codd.) [46] واذا توافى (اتوا فى b) الزمن الاخير
[47] سيقيم لهم العلى مياه النهر حتى يجوزوا والكثرة التى رايت مصطفة (مسقطة v) بسكون [48] هم الذين يبقون
من شعبى على جبل القدس [49] بعد هلاك كثرة الامم اذا اجتمعت [50] انا اريهم عجائب [51] فقلت يا رب* ترى
لما ذا (عرفنى ايضا لم b) صعد هذا الرجل من البحر [52] فقال لى كما انه لا يقدر احد على تتبع غور البحر
كذلك لا يستطيع الانسان ان (om. v) يعرف *ما عندى (عبدى l.) (فتاى b) ولا من معه حتى يكون زمانه
[53] فقد حذرتك وانذرتك بنور وضوء [54] لانك تركت ما كنت فيه واقبلت على ما تعرف لى وكنت معنيا
بما نزل على شعبى من الوصايا [55] وقربت حياتك بحكمة [56] فلذلك اوحيت اليك انا العلى وعرفتك انك
اتخذت الحكمة (الجامكية l.) اماما فالبث ايضا ثلثة ايام وانا اعرفك اشياء اخر [57] فمشيت فى ذلك المرج
مسبحا *مبتهلا الى الله شاكرا له (om. v) على ما كان من صنعه لى [58] فجلست هناك ثلثة ايام (om. v)

13 desciverunt et daemonibus sacrificarunt, et legis violatores contundet et conteret) eosque in ignem inferni deiciet, eos autem, qui praecepta servaverunt, honore afficiet. [39] Et populus peregrinus, quem eum vidisti ad pacem vocasse, [40] reliquiae sunt tribuum novem, quas Salmanasar rex Syrorum tempore Iosiae regis Israelis abduxit et misit in aliam terram [41] pone populos, ad quos relegatae sunt, quae habitata non erat, antequam ipsae eam habitarent, [42] et acriter cultui dei studuerunt, quia eum in terra sancta non coluerant. [43] Et traduxerat eas per aditus et vada Euphratis in angustiis, [44] nam altissimus eis miraculum ediderat eisque bene fecerat et aquas immotas stare iusserat, usque dum flumen transiissent, [45] postquam per annum et dimidium per terram Arzaph profectae erant. [46] Et si perfectum erit tempus (b venient tempore) ultimum, [47] iubebit altissimus aquas fluminis eis immotas stare, ut transeant. Et multitudo, quam vidisti ordinatam consistere in quiete, [48] ei sunt, qui e populo meo superstites erunt in monte sancto. [49] Postquam multitudo populorum, si convenerint, perierit, [50] ego eis mira monstrabo.

[51] Et dixi: Domine, utinam scirem, cur iste vir e mari ascenderit. [52] Et dixit mihi: sicut nemo fundum maris quaerendo exsequi potest, sic nullus potest cognoscere servum (b puerum) meum nec eos, qui cum eo sunt, usque dum tempus eius erit, [53] et te ut caveres praemonui et certiorem feci luce et splendore. [54] Nam quod agebas reliquisti et ad id accessisti, quod meum esse scis, et de praeceptis, quae populo meo dedi, sollicitus fuisti [55] et vitam tuam obtulisti (*ΑΝΕΘΗΚΑΣ pro ΑΙΕΘΗΚΑΣ*) sapienter. [56] Ideo tecum communicavi, ego altissimus, et coram tibi explicui te obtinuisse sapientiam (*l.* mercedem). Itaque hic commorare tres dies et tibi alias res aperiam. [57] Et ivi ad hoc pratum, laudes canens, deo supplicans, ei gratias agens de eis, quae mihi fecerat, [58] et sedi ibi tres dies.



14 [1] وبعد اليوم الثالث كنت جالسا تحت شجرة بلوط [2] فخرج من تحتها صوت قائلا لى يا عزير يا عزير فقلت هأنذا يا رب وقمت على قدمى فقال لى [3] انا تراءيت لموسى فى طور سينا والشعب فى عبودية المصريين [4] وارسلته ليخرج الشعب بنى اسرائيل وجئت بهم الى طور سينا وحبست (واجلست v) موسى عندى (عبدى v) فى الجبل اربعين يوما واربعين ليلة [5] وقصصت عليه ايات شتى واوحيت اليه سرائر وازمانا واعلمته ما يكون فى اخر* الزمان وما كان فى اوائله (الاخير v) [6] وامرته بما يكلم به العامة وما يكتمه [7] وانا معرفك [8] تفسير ما رايت * فاكتب ما (فاكتمه *aut* فاكتم ما *l.*) فى صدرك (*om.* v) [9] لانك سترفع من بين الناس وتكون مع عبدى الذى يشبهك على ما انت عليه الى انقضاء الدهر [10] فقد جازت شبيبة الدنيا وظلالاتها (وضلالاتها *l.*) * ودنا الزمن الكبر والفناء (*om.* v) [11] وقد قسمت الدنيا اثنى عشر جزء ونصف جزء وقد جاز منها عشرة اجزاء (ونصف جزء *add.* b) [13] فاصلح بيتك (بنيك v) وحكم قومك وانعم على متضعين واكرم العلماء وابعد من حياة التلاف [14] * ولا تجتنب الفكر فى الموت واضرب عن كبر الناس (*om.* v) اخلع سمة (شمت *male* b) العتو وارفض الاطعمة التى تدنسك واسرع تغيير الزمان [15] فانك قد رايت من البلايا كثيرا وسيكون اكثر منها واشد [16] وما دامت هذه الدنيا وهى تنحل وتهزل ويكثر (يكثر *l.*) بلاءها على ما فيها [17] * ويبعد الحق ويكثر الكذب والنسر الذى رايت يجىء قريبا (*om.* v) [18] فقلت يا رب اتاذن لى انطق بين يديك [19] بان اوصى واعلم الاحياء الذين هم اليوم (*om.* v) رعيتك ولكن الذين يولدون بعد هذا اليوم من الذى يفهمهم ما قد

14 [1] Et post tertium diem sub quercu arbore sedebam [2] et sub ea vox exiit mihi dicens: Esdra, Esdra. Et dixi: en adsum, Domine, et surrexi in pedes meos et dixit mihi: [3] Ego Mosi manifestatus fui in Sina monte, dum populus in servitute Aegyptiorum erat, [4] eumque misi, ut educeret populum, filios Israelis, eosque adduxi ad Sinam montem et detinui Mosen apud me in monte quadraginta dies et quadraginta noctes [5] et narravi ei varia miracula, et secreta et tempora cum eo communicavi et exposui ei, quid futurum sit ultimo tempore et quid factum priore. [6] Et praecepi ei, quod populo diceret et quod reticeret. [7] Ego autem iam te edoceo [8] interpretationem eorum, quae vidisti, * at scribe, quae sunt (*f. l.* occulta, quae sunt *aut* ea) in pectore tuo (*om.* v) [9] Nam ex hominibus tolleris et cum servo meo, qui tui similis est, eris in hac tua conditione usque ad finem temporis. [10] Nam praeterierunt iuventus et errata mundi * et tempus senectutem et interitum attigit (*om.* v). [11] Divisum enim est tempus in partes duodecim et dimidiam partem et iam praeterierunt decem partes (*add.* b et dimidia pars). [13] Itaque domum tuam (filios tuos v) dispone et populum tuum coerce et humilibus bene fac et doctos honora et cave a vita corruptelae; [14] * noli recordationem mortis declinare, averte te a fastu hominum (*om.* v), exue signa effrenationis, evita cibos, qui te polluunt, et matura temporis mutationem. [15] Iam calamitates multas vidisti, et erunt etiam plures et vehementiores. [16] Quanto diutius hic mundus dissolvitur et macescit, augentur eius mala cuique, quod in eo est, [17] * et veritas discedit, augetur mendacium. Et aquila, quam vidisti, proxime veniet (*om.* v).

[18] Tum dixi: veniamne dabis, Domine, ut coram te declarem, [19] me vivos, qui hodie (*om.* v) tuus grex sunt, admoniturum et instituturum esse; at quis homines, qui postea nascentur, quae

14 اعلمتنى به [20] ان كانت الدنيا موضوعة فى الظلمة وليس لها نور [21] بل قد عدم الضوء عنها ولا حكيم ولا ذو راى ولا ذو معرفة يقوى على تفصيل ما بين الخير والشر

... [26] وغدا فى هذه الساعة (دنيا v) ابتدى (ابتد .*l*) بالكتاب [27] فمضيت وجمعت العامة كما قيل لى وقلت لهم [28] اسمعوا منى يا اسرائيل هذا الكلام [29] سكن اباونا ارض مصر وخلصوا منها [30] واعطوا ناموس حياة فلم يحتفظوا به وانتم ايضا كفرتم بالله بعد ابائكم [31] واعطيتم حظا فى طور سينا فلم تواظبوا عليه ولم تكرموا وصايا ربكم وامره [32] ولذلك انتزع العلى منا ما كان اعطانا من الذخائر [33] ونفاكم (ونفانا v) الى هاهنا وازعج اخوتكم الى اقصى المشرق [34] وانتم ان تطاطاتم وخضعتم لله واوعيتم الحكمة فى قلوبكم حييتم ولم تروا مكروها وبعد فانكم ايضا تخلصون من الدين [35] فان العلى يبعث الناس كافة بعد الموت الى الدينونة ويعلن العدل والحق ويعرف اعمال الناس * ويدين (ويبين اعمال .*l*) المنافقين (ويوبخ اعمال الخطاة b) [36] فلا تلتمسونى حتى يتم لى اربعون يوما [37] فاخذت معى (*om.* v) الخمسة الرجال الذين وصف لى العلى ومضيت الى المرج وجلسنا كما امرنى العلى [38] ووافانى الغد صوت قائلا يا عزير يا عزير فقلت هانذا فقال لى افتح فاك واشرب ما اناولك [39] ففتحت فاى واعطانى كاسا مملوءة ماء شبيها بالنار [40] فكرعته فاقبلت اتدفق علما ونطق فاى بالحكمة واستظهرت

14 mihi exposuisti, edocebit? [20] nam mundus in tenebris iacet nec ei lux est, [21] sed lumine destitutus est, nec sapiens nec ingeniosus nec eruditus inter bonum et malum distinguere potest.

... [26] et cras hac ipsa hora incipe scribere. [27] Et profectus sum et populum congregavi, ut mihi dictum erat, et dixi eis: [28] audite a me, Israelitae, hunc sermonem. [29] Patres nostri in terra Aegyptia habitarunt et inde liberati sunt. [30] Lex vitae eis data est, at eam non observarunt, et vos quoque post patres vestros a deo defecistis. [31] Et sors vobis data est in Sina monte nec in ea perseverastis nec praecepta et iussum domini vestri magni aestimastis. [32] Itaque altissimus thesauros, quos nobis donaverat, nobis ademit, [33] et vos (v nos) huc relegavit et fratres vestros in ultimam orientis regionem expulit. [34] Vos autem, si erga deum demissi et humiles eritis et sapientiam in cordibus vestris congeretis, vivetis nec ingrata videbitis et postea et ipsi a iudicio liberabimini. [35] Nam altissimus universos homines post mortem in iudicium mittet et iustitia et veritas manifestae erunt, et hominum facinora cognoscentur, et impios iudicet (*l.* impiorum facinora ostendentur; **b** et facinora peccatorum perstringentur). [36] Nolite autem me inquirere ante completos quadraginta dies.

[37] Et mecum duxi quinque viros, quos altissimus mihi descripsit, et in pratum abii et consedimus, sicut altissimus me iusserat. [38] Et postero die vox ad me venit dicens: Esdra, Esdra, et dixi: adsum. Et dixit mihi: aperi os tuum et bibe, quod tibi porrigam. [39] Et os meum aperui et dedit mihi poculum plenum aqua ignis simili, [40] et sorpsi et scientia redundare incepi

Fragmentum e codice Berolinensi Sprengeriano XXX sumptum.

وقد قال العزير فى كتابه الاول ان الملك ناداه وقال له [38] يا عزير افتح فاك واشرب الشىء الذى اسقيك قال [39] ففتحت فمى فرايته انه يدفع الىّ كاسا مملوءة شيئا مثل الماء الا ان صورته كانت شبيها بالنار [40] فتناولتها فشربتها فبينا انا اشربها اذا قلبى ينبع الفقه وصدرى يتجشأ الحكمة وروحى تحفظ الذكر

Esra in primo suo libro dixit, angelum se vocasse sibique dixisse: [38] Aperi, Esdra, os tuum et bibe rem, quam tibi potum praebebo. Dixit: et aperui os meum et vidi eum mihi porrigere poculum plenum re aquae simili, nisi quod specie ignem referebat. [40] Idque accepi

14 روحى الذكر (الفكر v) [41] ودام انفتاح فمى [42] ووهب الرب (om. v) للرجال الخمسة الذين كانوا معى الحكمة وبدات اقصص (بالاخبار b) واخذوا اولائك الخمسة نفر (الانفار) يكتبون ما اقول لهم وكانت كتابتهم غريبة لم يكتب مثلها البتة (قبلهم b) احد لان هذه هبة العلى لهم من الحكمة التى خصهم بها [43] وجلسنا هناك اربعين يوما ناكل فى الليل واقصص انا عليهم بالنهار [44] وهم يكتبون ما امليهم بسلام من الرب امين والسبح لله دائما ابدا

كمل كتاب عزره المدعو العزير بمنة الله سبحانه وبعونه له المجد دائما (تم كتاب عزرا الاول b)

et os meum sapientiam prolocutum est, et animus meus retinuit rei memoriam (v cogitationem), [41] et os meum apertum manebat. [42] Et dominus quinque viris, qui mecum erant, peritiam dedit et coepi referre et illi quinque homines susceperunt scribere, quae eis dicerem. Et scriptio eorum mira erat, qualem nunquam quis scripserat, quia haec peritia donum erat altissimi, quam sibi propriam haberent. [43] Ibique sedimus quadraginta dies, noctu cibum capientes et die ego eis retuli, [44] ipsis quae dictabam scribentibus. — 14


Completus est Ezrae, qui Uzair dicitur, liber (b Finem habet Ezrae liber primus).

[41] فانفتح فمى ولم يتغلق [42] واذا الروح قد اعطى اولئك الخمسة الرجال فهما فطفقوا يكتبون الاقاويل التى انطق بها بالنبوات بخط الحروف التى لم يكونوا يحسنوها فجلست ثم اربعين يوما بالنهار كانوا يكتبون [43] وبالليل كانوا ياكلون خبزا فقط فاما انا فكنت اتكلم بالنهار ولم اكن اهدأ بالليل [44] وكتبت فى هذا الاربعين اليوم (sic) اربعة وتسعين كتابا [45] وانه لما تمت الايام الاربعين كلمنى العلى وقال لى خذ من هذه الاربعة والتسعون الكتاب التى كتبتموها فاعزل ٢٤ كتابا فضعها فى العلانية يقرا فيها الذين يستحقون من الشعب [46] واما السبعون الكتاب فتحفظها وتدفعها الى حكماء قومك [47] فان فيها عروق البر والفهم وينبوع الحكمة والعلم والنور [48] ففعلت كذلك فى سنة سبع من الاسبوع السادس ومن بعد خمسة الف سنة وثلثة اشهر واثنين وعشرين يوما [49] تخطف العزير فانطلق به الى بلدة الذين يشاكلونه من بعد ان كتب هذه الامور كلها [50] وبذلك سمى كاتب علم الرب الى الابد

et bibi et dum bibo, en cor meum scientia scaturit et pectus meum sapientiam emittit et animus meus memoriam conservat [41] et os meum apertum erat nec clausum. [42] Et spiritus dederat illis quinque viris intellectum et scribere inchoarunt dicta, quibus eis vaticinia praeibam, litterarum forma, in quibus exercitati non erant, et sedi ibi quadraginta dies; interdiu scribebant [43] et nocte tantum panem edebant. Ego autem die loquebar nec tacebam nocte, [44] et scripti sunt his quadraginta diebus nonaginta quatuor libri [45] et postquam quadraginta dies completi sunt, altissimus mecum locutus dixit mihi: sumptos ex his nonaginta quatuor libris, quos scripsistis, separa viginti quatuor libros eosque publici iuris fac, legendos eis, qui ex populo digni sunt, [46] et septuaginta libros recondes et sapientibus civium tuorum trades. [47] In eis enim sunt venae pietatis et intellectus et scaturigo sapientiae et scientiae et lucis *(legit igitur* ܢܘܗܪܐ *cum cod. Ambros.)*. [48] Et feci sic. Septimo septimanae sextae anno et post quinque milia annorum et tres menses et dies duos et viginti [49] abreptus est Esdras et in regionem eorum, qui eius similes sunt, ductus, postquam haec omnia scripsit. [50] Ideo nominatus est scriba scientiae domini in aeternum.

Uberiori annotationi, qualem ad explicanda singula et comparandos reliquos interpretes opusculum poscere videtur, locus hic non est; nonnulla tantum addo, quae reliqua pagina capit. — P. 1 v. 8. Iam bibliorum editionem omnium primam a Gutenbergio annis 1450—55 paratam, XLII versuum, quae vulgo Mazarinaea dicitur (apud Hainium 3031), librum Esdrae quartum continere testes sunt Merkel *Verz. seltner Incunabeln in Aschaffenburg. Asch. 1832. 8. p. 7* et de exemplo Parisino Schaab *Gesch. d. Erfind. der Buchdruckerkunst. Mainz 1830. 8. I p. 274.*

P. 1 v. 11. De vetustiorum conatibus librum intellegendi nonnulla eis, quae ab aliis hic illic dicta sunt, addo. In censum veniunt imprimis quae praebent codicis sacri editiones variis linguis ad vulgarem usum accommodatae, quarum numerus maior, quam in libro ab omnibus ecclesiis reiecto putaveris, Esdrae prophetiam continet. Ei, qui hanc rem penitus tractaturus est, ampla editionum copia opus erit; ego ea tantum tradam, quae mihi oculis occupare contigit. Ipsa Latina verbis mutatis magis perspicua facere studuerunt primum, qui biblia Froschoveri Turic. 1543. f. paraverunt, quorum vestigiis institerunt R. Stephanus Lut. 1545. 8. et Wechelius Hanov. 1605. 4., tum Seb. Castalio Basil 1554. 1556. f. cet., qui paucas annotationes adiecit, tandem Hadr. Iunius Hanov. Wech. 1596. f. cet. 1624. f., qui additis scholiis 'deliria et commenta' castigat. In inferioris Germaniae dialectum translatus liber legitur in editione Lubecensi 1494. f.; nec tamen in ullam superiorum provinciarum lingua ante Lutherum emissam receptus est. Postea apud nostrates duae translationes fuerunt, quae singulis verbis sensim et paullatim mutatis et novatis ubique repetebantur. Antiquior est illa, quae primum legitur in bibliis Turicensibus 1527—29. 8., iterata in editione Vormatiensi Schoefferiana 1529. f. et saepius. Hanc sibi sumpserunt interpretes catholici Eckius Ingolst. 1537. f., Dietenberger Mog. 1540. f. et saep., Ulenbergius Colon. 1630. f. cet., inter reformatos retinuit Piscator Hanov. 1605. 4. Duisb. 1634. 8., receperunt Lutherani multi, imprimis Wolder in Bibl. quadril. 1596. f., seorsim edita est Halis Sax. 1620. 4. ex exemplo Francof. 1569. f. Altera primum quantum sciam in editione Dan. Crameri Argent. 1619. 4. apparet, repetita in bibliis, quae Vimariensia dicuntur, Norimb. 1641. f. et saepius atque hic scholiis multis illustrata, tum in aliis e. gr. Wittenb. 1664. f., Ff. Falckeysen 1668. f., et nostro saeculo seorsim (*Anhang zu den apokr. BB. des A. T. Sulzbaci 1835. 8.*) typis descripta. Belgicas conversiones tres novi inter se diversas, primam in bibliis Antverpiensibus ap. Guil. Vorstermann 1514 (sic; V. T. 2 Febr., N. T. 1 Aug.; insunt privilegia Caroli V 1530 et civitatis Antverpiensis 1528 data), secundam in edit. Harlingensi 1585. f., tertiam in bibliis publice comprobatis Lugd. 1637. f. et deinceps in lucem emissis. Francogallica una est ab Olivetano confecta primum in bibliis Neocomi 1535. f. edita, deinde saepissime verbis tantum interdum paullulum mutatis repetita, e. gr. Genev. 1563. f. ubi scholia addita sunt, ab I. Diodatio Gen. 1644. f., in editionibus Osterwaldi Neoc. 1744. f. Gen. 1805. f., et Martinii Amst. 1707. f. Hispanicam dedit Cassiodorus Reyna [Bas.] 1569. 4., quam non mutatam iteravit Cyprianus de Valera Amst. 1602. f. Italica I. Diodatii 1807. 4. cum Gallica fere concordat. De Anglicis iudicare non possum: primam confecit Coverdalius, sed neque hanc neque eam, quae in bibliis ab ecclesia Anglicana comprobatis invenitur, inspicere potui. Quanquam igitur liber toties editus a multis sine dubio et saepissime lectus est, rarissime tantum commentarii seorsim scripti et separatim vulgati sunt. Eius generis opus satis prolixum, quod olim Io. Frid. Mayeri theologi Gryphisvaldensis an. 1712 defuncti fuit, penes me est, a librario quidem exaratum, sed auctoris ipsius manu multis locis auctum et correctum. Eum nominant verba ad prooemii exordium in margine posita: *D. Iohannis Rungii commentarius in 4. Esdrae conscriptus ab anni 94 Calendis Novembr. ad Idus mensis Decembr.* (si ultima duo vocabula recte lego). Annus, ut ex ipso opere patet, est 1594, at eius nominis theologum Lutheranum acerrimum libri Concordiae asseclam alibi comme-



moratum non invenio. Paginas 609 formae binariae implet commentarius, in quo scriptor, non dubitans quin liber revera ab Esdra compositus sit, ea ratione, qua tunc apocalypsin intellexerunt et etiamnum in sanctorum secessu intellegunt, res futuras adumbratas esse putavit. Exemplum exhibeo. Aquila est regnum Romanum, alae pennarum, cum ala unica penna constare non possit, 'sed ad minimum tribus praegrandibus opus habeat', ternos imperatores significant, ita distribuendos, ut prima penna indicentur Caesar, Pompeius, Crassus, secunda Augustus, Tiberius, Antonius, tertia Caligula, Caius, Nero, duodecima Diocletianus, Maximinus et Constantius. Subalarium una, quae erecta erat (11, 26), orientale imperium inde a Constantino, altera occidentale Honorii et Valentiniani significat; duae, 'quae superaverunt' 11, 28, sunt exterae gentes, Gotti et Longobardi, unum quiescentium capitum 11, 29, quod erat medium, est imperium Romanum inde a Carolo M., qui subalares duas Gottos et Longobardos devoravit, 'nec comparuit', cum eius successores contabescerent. Ex reliquis duobus capitibus dextrum pontificis thronum sistit, idque laevum, imperium Germanicum, devoravit Henrici IV tempore. Eodem modo in oriente primum caput significat imperium Byzantinum, quale usque ad Nicephorum fuit, dextrum Muhammadem, laevum Byzantios posteriores inde a Nicephoro, a Turcis denique devictos. Leo rugiens vocem evangelii pingit cet. Mulier ecclesia est, et quod triginta annis sterilis fuerit, indicium est, quovis trigesimo anno post sterilitatem magnum aliquid accidisse, e. gr. post Lutherum 1517 bellum Germanicum anni 1547, formulae Concordiae initia a. 1577, unde anno 1607 ingentem rerum humanarum perturbationem exspectat. Haud absimilis est oraculorum explicatio, quam Abr. Bartolus dedit in libro: 'Aquila Esdraea' 1621. 4. s. l. edito, qui e. gr. et ipse duodecim alas de duodecim imperatorum a Caesare usque ad Theodosium ordinibus intellegit et praenuntiata putat, quae inde ab anno 1621 eventura sint.

P. 1 v. 19. Certo certius est et e quovis versu apparet, librum Esdrae quartum, qualis in bibliis Armeniis ab Uskano Amstel. 1666. 4. editis et Petropoli 1815. 4. repetitis legitur, e vulgata Romana et ab ipso quidem Uskano, ut tradunt Mechitaristae in edit. bibl. a. 1805 p. 1 appendicis, esse translatum.

P. 3 v. 26. Tha'labii narratio haec est: Esdrae in montibus desertis commorato (9, 23. 26. 10, 51) et questo, quod deus Israelitis nullum in vita reliquerit doctum (cf. 14, 18—21), prope sepulchra mulier apparet mariti nutritoris mortem deplorans (9, 38). A qua, solatium allaturus, quaerit, quis eam ante maritum aluerit, et cum deum nominet, respondet, deum vivere nec mori. At illa argumentum retorquet: quis ante doctos populum docuit, nisi deus, qui non moritur? Tum se non mulierem, sed mundum esse aperit (10, 27). In loco, ubi Esdras precatur, fons scaturit et arbor crescit, cuius fructibus vesci iubetur (9, 24. 12, 51?). Tandem senex in eius os indit prunam magnam, compactam instar lagenae, qua re fit, ut scientia impleatur (14, 39. 40).

Cap. 3, 21. فكر voci, etsi in libro plerumque usitatam *deliberandi*, *cogitandi* vim habet (1, 22. 2, 1. 4, 16. 7b 39. 46. 9, 38. 10, 36), nonnullis locis 3, 21. 22. 4, 4 (ubi apud Latinum et reliquos legitur *cor malignum*) singularis subicitur notio, quam aequat fere יצר הרע, *διαλογισμοὶ πονηροί*, *inclinatio ad malum, peccatum originale*, unde restituenda fuit etiam 7b 65, quo loco Latinus et reliqui praebent *cogitamentum malum*. Quod si displicet et varia lectio كفر praefertur, hoc loco 3, 21 apud **b** pro ارادته legendum erit ارادتك *voluntati tuae non obedierat*. — 5, 2 et 6, 24 pro يتكبر locis non apto scripsi يتحير, cum ἔκστασις et ἐξιστάναι praeter ذهل et بهت reddi soleant formis radicis حير Ies. 16, 3. 42, 14. 52, 14. Ier. 4, 9. 5, 30. 9, 10 (sic lege). 18, 6. 26, 11. Ez. 27, 35. 32, 10. Hos. 11, 11. Act. 3, 10. 8, 13 Pol. Quaerendum est, an etiam استكبر 4, 2 ita mutandum sit. Certe alter Arabs illo loco et 6, 24 حير praebet. — 5, 35. Emendatio non ab omni parte placet. Apud Syrum lege ܡܛܠ *quare non possum*. — 5, 50. Paullo plura, quam reliqui interpretes, Arabs hic praebet, sed ita comparata, ut genuina videantur. — 6, 24. اهتز, quod ter vulgari *alacritatis* et *exsultandi* vi (نشط وارتاح Zam. ad Navâb. *Journ. As.* 1876 VI 319. Har. ٣٠٨, 1. ٢٨٤, 1 ed. pr.) in libro legitur de *herbis* (ut sûr. 22, 5 = 41, 39) 9, 16, de *iuventute* 4, 10, de *fide* 7, 33 et quod restituendum videtur 10, 21, huic loco, quanquam ab utroque codice exhibitum, prorsus contrarium est. — Nec minus a loco 6, 26 من يدى امهاتهن, quod **v** habet, aut من ايدى اماتهم, quod **b** habet, prorsus aliena sunt. Conicere fortasse licet, ea depravata esse e من سوى مماتهم *sine morte eorum*, deinde autem librarium

aliquem esse opinatum, ubi adsint matres, etiam اطفال *infantes* abesse non debere. — 6, 36. 10, 31. عربس pro *ταράσσειν*, *ἐκταράσσειν* habes etiam in psalmis Abdallae ibn Alfadhl 17, 5. 82, 16 (ubi Tuki قلق). 118, 60 (ubi Sal. Negri اضطرب). Male legitur Ez. 27, 35 Pol., ubi عبس restituendum est. — 7, 36. Formae تلاف (7b 21. 69. 7, 43. 10, 11. 14, 13; in 𝔟 semper est تلف 7b 69. 7, 43. 14, 13), quam tacent lexica et de qua verbum dixit M. I. Mueller *Philos. und Theol. des Averroes übst. p. 50*, certum exemplum metro confirmatum est apud Ibn Khallikânum ٣٣٦, 17 Slane, III ١٤٢ penult. Wuestenf., aliud apud Ibn Alʿarabî محاضرة الابرار I ١٢٢, 17 ed. Qâh. 1282. Alia ratio est loci apud Maqqarium I ١٣٣, 10. — 7b 4—15. Quod apud alterum Arabem legitur vocabuli monstrum لنافس vel انافس, ortum est e voce qurânica اعاصير, quam etiam habes apud Maid. 1, 113. Harîr. Durrat. 56, 8. G'auh. s. v. دهر. — 7b 49. Variis ad reddenda verba *εὗρον χάριν* vocabulis utitur interpres: اهل 4, 44. 5, 56. أثرة 6, 11. مرتبة 8, 42. دالّة 7b 77 (ut Act. 7,46 Pol.) *familiaritas*, quod, quanquam iam apud Arabes confusio orta videtur, distinguendum est a دالّة, idem atque علانية et مجاهرة significante; aliis hic *χάρις* plerumque est نعمة aut رحمة, Saadiae in pentateucho حظ, cui in codice Leidano a Lagardio edito semper sustituitur مودة. Quae hoc loco leguntur in 𝔳 نعمة ناجية, in 𝔟 ناجية et 12, 7 in 𝔳 ناجية singularia sunt. Illud *(incrementum)* verbis مرتبة et حظ simile de auctoritate intellegitur, ناجية explicatu difficilius, eandem atque دالّة participii formam referens, *incolumitatem dicendi, sermonem periculo vacuum familiarem* (cf. نجوى et مناجاة) designare videtur. — 7b 62. Qui apud alterum Arabem in cod. 𝔟 ينسبلون scripsit, voluit ينسبكون, et qui in cod. Vat. ينسلبون, fortasse ينسكبون. — 11, 40 زبرانية inauditum alias vocabulum fortasse ad زبِر *iratus* referendum est. — 13, 2. Cum غراوى *spuma* idem sit atque رغاوى, litterarum commutationem etiam hic statuendam putavi. — 13, 11. Post وانتبهت addatur (𝔳 وانتهيت).

Tandem data hac occasione, cum de codicibus Latinis Parisiensibus ad me provocatum sit, addo inter bibliothecae Nationalis bibliorum codices, quos omnes perlustrare licuit, me duos tantum reperisse, qui librum Esdrae quartum contineant, alterum n. 26 signatum saeculo XIII ascriptum, quem totum contuli, sed ceteris non praecellere comperi, et cod. 31, male exaratum, quem ex parte comparavi nec ampliore opera dignum censui. Similiter inter omnes, qui anno 1850 aderant (27 ni fallor), Regiae bibliothecae Berolinensis codices duos solummodo inveni, alterum inter theologicos Latinos n. 9 notatum membraneum formae maximae saeculi ut perhibetur XIV, sed ut mihi videbatur XIII, qui inter omnes e Sangermanensi derivatos optimus est multasque meliores lectiones servavit, alterum n. 6 vol. II designatum, anno demum 1512 in membranis scriptum, omnino igitur neglegendum.

